

fionis, & prorogationis dent, & dare debeant provisiones, & subdelegationes Judicum subdelegatorum, & quod dicti subdelegati sint de Capitulis, Dignitatibus, & Canonice, & non alii, ut moris est pro dicta recuperatione, & quoties ad dictum commissarium generalem fuerit appellatum, per viam gravaminis, quo aliquis se laesum praetendat ex dicta divisione, & repartitione, si desuper aliquid ordinaverit; nihilominus iterum non suspendet solutionem, neque impediet subdelegans executionem exactionis, & desuper omnibus iustitiam administrent, & alias prout in publico desuper a dilecto filio Joanne de Talavera Scriba Regio, & publico Notario sub die 22. mensis Junii anni proxime praeteriti confecto instrumento plenius dicitur contineri.

Rex, & Capitula ei prout conficiantur.

§.2. Cum autem tam Philippus Rex quam Capitula, & Status Ecclesiasticus Regnorum Castella, & Legionis huiusmodi cupiant concordiam praedictam pro illius majori validitate apostolica confirmationis robore communi; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio Urbani.

§.3. Nos, qui honestis Regis, & Capitulorum praedictorum votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, eundem Philippum Regem, & singulares personas Capitulorum huiusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum praemissorum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; necnon concordiae, & instrumenti praedictorum veriores tenores praesentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, concordiam huiusmodi, & inde sequuta quaecumque, etiam si ad exactionem pecuniarum in eadem concordia contentarum etiam ante huiusmodi nostram confirmationem, in totum, vel in partem sit processum, apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus; illisque perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus: suppletes omnes, & singulos tam Juris, quam facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, eaque ac tam quoad Capitula, quae nullo modo praesenti concordiae, & distributioni interfuerint, nec illis consenserunt, etiam si S. R. E. Cardinales fuerint, Ecclesias, & alia Beneficia possidentes, necnon decimas, primitias, & alios fructus in dicta concordia expressis exigentes valida, & efficacia esse, ac per eos omnes inviolabiliter observari debere, illosque ad illorum omnium observacionem, & solutionem omnibus viis, ac juris, & facti remedijs cogi, & compelli posse, & debere decernimus.

Contrahentes censuris, quatenus opus sit, absolvi.

§.4. Absolventes etiam, si opus fuerit, tam ipsum Philippum Regem, quam quoscumque ejus Ministros, necnon quascum-

que ecclesiasticas, tam seculares quam regulares personas a quibusvis censuris, & poenis, si quas propter praemissa quomodolibet incurrerint, etiam si in irregularitatem aliquam inciderint, ac Missas, & alia divina officia interim, non tamen in contemptum Clavium, celebraverint, super qua irregularitate huiusmodi per eos forsitan quomodolibet incurra harum serie dispensamus, nec propterea fructus Ecclesiarum, & bonorum obtentorum suos non fecisse dici, aut censeri posse declaramus, ac ab eis omnes inhabilitatis maculam, sive notam, si quam propter praemissa quomodolibet incurrerint, abolemus, eosque in pristinum, & eum, in quo ante praemissa quomodolibet erant, statum in omnibus, & per omnia restituimus, reponimus, & plenarie integramus, ac restitutos, repositos, & plenarie reintegratos per praesentes nunciamus.

Ad solutionem quaecumque pia loca teneri declarata.

§.5. Caterum ad obviandum litibus, & controversiis, quae inter personas ecclesiasticas oriri possent, harum serie declaramus, ad contributionem solutionum huiusmodi concordiae vigore faciendarum Monasteria, & alia loca pia quocumque respectu etiam eorundem bonorum, quae vulgo dicuntur de labranza, & crianza, quae vix pro usu, & victu personarum eorundem Monasteriorum, & praedictorum locorum inserviunt, teneri, & obligatos fore.

Clausula.

§.6. Sicque in praemissis omnibus, & singulis, per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam sacri Palatii Apostolici Auditores, & eisdem S. R. E. Cardinales ubique judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Executores designatio.

§.7. Et nihilominus Venerabili Fratri moderno, & dilectis filii nostro, & Apostolicae Sedis apud eundem Philippum Regem nunc, & pro tempore existenti Nuncio, & Commissario Generali Cruciatum in Regnis praedictis per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum, per se, vel alium, seu alios, praesentes Litteras, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Philippi Regis, & singularum personarum praedictarum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ad executionem eorum omnium, quae in dicta concordia continentur, procedant, etiam per eos, ad quos spectat, eadem observari curent, & faciant, nec non eisdem Nuntio, & Commissario generali injungimus, quod ubi, & quoties super repartitione, & aliis in dicta concordia contentis aliquas differentias exortas fuisse compererint, illas absque retardatione solutionis juxta repartitionem jam factam, & faciendam iudicio eorum aequabiliter componant compositione, & terminent iustitiam partibus ministrando. Nos enim eisdem tam praemissa peragendi, quam quicquid super praemissis statuerint omni, & quacumque appellatione remota executioni debite demandandi, necnon contradictores quoscum-

CXXXIV.

bet, & rebelles per opportuna juris, & facti remedia, ac demum per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententiis, censuris, & poenis ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, auxiliumque brachii secularis invocando, plenam, & liberam facultatem concedimus.

Derogatio contrarietatum.

§.8. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris Nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dictis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, legibus etiam municipalibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, ac de apostolica potestate plenitudine, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque: Nec non omnibus illis, quae in dicta concessione prima decima huiusmodi expressum est non ob stare, seu si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possunt per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Cardinales a conventu solutione exempti.

§.9. Caterum eisdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales tantum, quibus pensiones annuae super fructibus Ecclesiarum Cathedralium, aut Metropolitanarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum reservata, seu ipsi fructus, vel eorum pars loco pensionum reservati reperiantur, a praemissa contributione, quoad ipsas pensiones, & reservationes fructuum, volumus exemptos esse.

Fides danda Transumptis.

§.10. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu alienius publici Notarii subscriptis, sigilloque persone in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem proffus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Dat. die 23 Junii 1625. An. II.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 23. Junii 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Indultum pro Fratribus S. Francisci de Observantia in partibus Indiarum Occidentalium existentibus, quod de suorum Superiorum licentia a quocumque Catholico Antistite de consensu Dioecessani ad omnes etiam Presbyteratus Ordines extra tempora, & non servatis interstitiis promoveri possint.

De his Fratribus vide Const. XXVI. Leon. X. lte & vos, Tom. III. Par. III. fol. 430.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Cum, sicut dilectus filius Commissarius in Romana Curia Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis exponi fecit, eisdem Ordinis Sancti Francisci professores in Indiarum Occidentalium partibus commorantes, assidua in Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, continuisque Verbi Dei praedicationibus, & aliis spiritualibus exercitiis, uberes in vinea Domini fructus inibi afferant, & propterea quo ipsi Fratres dicti Ordinis Sancti Francisci in dictis partibus commorantes in piorum, operum huiusmodi exercitio utilius, & melius continuare valeant, eisdem Fratribus per Nos desuper indulgeri summopere desideret.

Causa concedendi Indulti.

§.2. Nos ejusdem Commissarii Generalis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, ipsiisque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac Domorum, seu Conventuum Ordinis Fratrum Sancti Francisci in eisdem partibus existentium, singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejusdem Commissarii Generalis nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, Omnibus, & singulis ejusdem Ordinis Sancti Francisci in partibus Indiarum Occidentalium huiusmodi tantum existentibus, expresse professis, ut de Superiorum suorum licentia a quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam, & concessionem Apostolicae Sedis habente in propria Dioec. residente, vel in aliena de Dioecessani loci consensu Pontificalia exercente per eos eligendo ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines extra tempora ad id a jure statuta, ac interstitiis a Sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, annique circulo non expectato, etiam si in unoquoque ex dictis sacris Ordinibus susceptis, antequam ad alium promoveantur, se minime exercuerint, dummodo tamen ad id idonei reperiantur, & servatis alijs servandis promovendi: & promoti in illis etiam in Altaris

Indultum de quo in Rubrica.

X x mini-

reliqui Conventus Custodiae Cracoviensis eadem supradicta Reformatione reformentur.

IV. Diligenter suadeat aliis Fratibus illius Provinciae hanc vitam exactam reformatam assumere: qui voluerint, benedicti sint a Domino; qui vero noluerint, non sint adstricti: teneantur tamen ad observationem Constitutionum Religionis, & collocentur in Conventibus Commissario sibi benedictis: Contradictores vero, & huic vitae reformatae adversantes e Provincia expellantur.

V. Commissarius quamprimum Congregationem Provinciae celebrabit pro electione Claustrorum, & aliorum Officialium Provinciae: Qui quoad fieri poterit, sint omnes ex Reformatis.

VI. Celebretur Capitulum Provinciale pro electione Provincialis, & Officialium Provinciae loco, & tempore Commissario benedictis: in quo Reformati vocem habeant activam, & passivam ad Provincialatum, etiam si non sint Magistri, & Bacchalaurei in Theologia, dummodo impedimentum canonicum non habeant.

VII. Novitii, qui recipiendi sunt in eadem Provincia, recipiantur a Fratibus Reformatis, & in Conventibus Reformatis, & non in aliis, neque ab aliis.

VIII. Secretarius Commissarii sit unus ex Reformatis, de cuius consilio peraget ea, quae sunt peragenda, alioquin actiones irritae sint.

IX. Pro executione supradictorum Illustrissimus Episcopus Cracoviensis facultatem habeat supra Capita, & membra, ita ut possit, adhibitis iuris, & facti remediis, Fratres compellere pro dictorum, & singulorum omnium executione, & observatione, & pro observantia procuretur Breve a Sanctissimo, ut non obstantibus quibuscumque Constitutionibus Apostolicis, vel Religionis in contrarium facientibus, praefata locum habeant in perpetuum. Fr. Felix de Cassia Minister Generalis approbat. Ego M. Adrianus Brakovicz Polonus accepto. Ego Fr. Adamus Sicchovicz Diffinitor Provinciae Poloniae accepto. Ego Fr. Thomas Rofinshi Guardianus Oremen. accepto.

Quae confirmari petunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, tam Felix Minister, quam Adrianus Commissarius Generalis praedicti plurimum cupiant Capitula, seu Decreta praedicta pro firmitate illorum validitate, & subsistentia apostolicae nostrae confirmationis robore communitari.

Confirmat Pontifex.

§. 3. Nos pio Felicitis, & Adriani praedictorum desiderio in praemissis annuere, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus etiam dictorum Sigismundi Re-

gis illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Capitula, seu Decreta huiusmodi apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus: illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos tam juris quam facti, & quovis alios quantumvis substantialia defectus, si qui in eis quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes Capitula, seu Decreta huiusmodi a Fratibus Ordinis, & Regni praedictorum perpetuo observari: sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 18. Julii 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

Clausula.

Dat. die 18. Julii 1625. An. II.

CXXXVII.

Mandatum Praefidi Romandiolae de capienda possessione Ducatus Urbini eveniente Ducis obitu cum facultatibus necessariis, & opportunis.

Ex Reg. in Secreti. Breve.

Dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Provinciae nostrae Romandiolae, & Exaratus Ravennae Praefidi.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Creditum humilitati nostrae, nullo licet meritorum suffragio, per abundantiam divinae gratiae Apostolatus officium continua sollicitudine nos admonet, ut in iis praecipuas pastoralis vigilantiae partes intendamus, per quae nostrae, & huius Sanctae Sedis Apostolicae Ditionis temporales Jura conserventur, ne quae muneris venerationis nostrae sunt, praetermissa a districto Iudice argui possimus.

Exordium.

§. 1. Hinc est, quod nos de tua singulari fide, doctrina, nec non diu spectata in gravissimis rebus gerendis prudentia, atque integritate plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, tibi, ut casu aperitionis, & devolutionis ad nos, & Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Camerae Apostolicam Feudi Ducatus Urbini, nec non Civitatum Senogallienis, & Pisarenis, ac Status Montis Feretrani, aliorumque Dominiorum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Fortalitiorum, & locorum quorumcumque, etiam speciali nota, & expressione dignorum, ac sub

Mandatum, de quo in Rubrica.

Statu

Statu dicti Ducatus Urbini ad praesens quomodolibet comprehensorum, seu per ipsum Ducem quomodolibet possessorum, quomodocumque, & quomodocumque eveniente, sive succedente, ipse per te, vel aliam, seu alios secundum rei, & casus exigentiam, & alias, prout occasio, rerumque, & temporum qualitas exegerit, corporalem, realem, & actualem possessionem Civitatis Pisarenis praedictae, nec non oppidi Civitatis forsitan nuncupati Sancti Lei, seu Sancti Leonis, eorumque Territoriorum, Districtuum, Jurisdictionum, Fortalitiorum, sive Propugnaculorum, membrorum, pertinentiarum, & Jurium quorumcumque nostro, Ecclesiae, Sedis, & Camerae praedictarum nomine, amotis, & expulsis exinde quibusvis detentoribus, sive occupatoribus apprehendere, & apprehensam retinere, nec non a Communitate, & Universitatibus, Gubernatoribus, Praetoribus, Locumtenentibus, Magistratibus, Capitaneis, Colonnellis, Castellanis, & aliis quocumque nomine, & quacumque dignitate fungentibus Officialibus Civitatis, & Oppidi praedictorum, eorumque Territoriorum, Districtuum, Jurisdictionum, & aliorum homagia, & fidelitatis Jaramenta recipere, & alios quoscumque actus possessorios exercere, ac in Civitate, Districtibus, Territorio, & aliis praedictis quacumque Jurisdictionem civilem, & mixtam exercere, modum, & statum officiorum, magistratum, tam optimatum, quam populi, & gubernii temporalis, nec non custodia, & militiarum, praedictorumque Civitatis, Oppidi, aliorumque praedictorum, prout tibi videbitur, immutare, renovare, ac de novo deputare, nec non signa, & contra-signa propugnaculorum, seu fortalitiorum huiusmodi tibi tradi facere, & mutare, vel alia nova tradere, vel consignare, ad formamque, & methodum regiminis, & gubernii aliarum Provinciarum, Terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici redigere quaecumque Statuta, ordinationes, & constitutiones circa praemissa, & alia quaecumque, quae magis expedire judicaveris, condere, publicare, & observari facere, nec non, si opus fuerit, quoscumque milites conscribere, & quae pro commatu, & apparatu necessaria fuerint, undique perquirere, & comparare, quaecumque armorum, & belli negotia tractare; congressus milium generales, vel particulares, prout res, & occasio similiter postulaverit ordinare, & imperare, quascumque expensas, quae in praemissis, & eorum occasione necessariae erunt, nostris, & Camerae Apostolicae praedictae sumptibus facere; & ut huiusmodi expensas facilius facere possis, quascumque pecuniarum summas ad nos, & eandem Camerae spectantes a quibuscumque thesaurariis, datariis, exactoribus, collectoribus, appaltatoribus, officialibus, & ministris quibuscumque debitas, nec non etiam a Gubernatoribus, Praetoribus, & Locumtenentibus Provinciarum, Civitatum, & locorum quorumcumque

Status nostri Ecclesiastici, ac Depositaris, & Exactoribus poenarum, & malefactorum nostro, & dictae Camerae Apostolicae nomine exigere, & recipere, ac ipsos solventes de exactis quietare, ac etiam redditus Communitatum, & Universitatum, ac Civitatum, Terrarum, & Locorum ejusdem Status recipere, & ex ipsis Camerae, Communitatumque, & Universitatum redditibus, sumptus huiusmodi facere.

§. 2. Ut vero omnia, & singula, quae ad praemissa pertinent, summa ut decet auctoritate praecipiantur, & pari celeritate debite executioni demandentur omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, nec non Praesidentibus, Gubernatoribus, Praefectis, eorum Locumtenentibus, Praetoribus, & aliis quocumque nomine nuncupatis Officialibus, & Ministris, quavis potestate, auctoritate, & privilegio suffultis, & quibuscumque etiam a nobis, & Apostolica Sede, seu Camera Apostolica immediate deputationem habentibus, seu dependentibus, nec non Baronibus, Domicellis, Comitibus, aliisque etiam Ducali, Marchionali, vel alia dignitate insignitis, Communitatibusque, Universitatibus, & hominibus quarumvis Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum nobis, & S. R. E. mediate, vel immediate subiectorum, omnia, & quaecumque occasione praemissorum, quae tibi necessaria, & opportuna visa fuerint, ac toties, quoties volueris, injungendi, mandandi, jubendi, & imperandi; omnes vero, & singulos Barones, Domicellos, Comitibus, aliosque ducali, marchionali, vel alia dignitate praeditos, & quoslibet alias singulares personas, etiam ecclesiasticas tam seculares, quam quorumvis Ordinum, seu Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani regulares, si quae tuis mandatis, jussis, & monitionibus obtemperare recusaverint, aut illis quoquo modo contraxerint, vel se se opposuerint, tamquam nostris, & apostolicis mandatis, jussis, & monitionibus parere recusantes, illisque contradicentes, ac se opposites, nostros, & S. R. E. ac Sedis Apostolicae rebelles declarare, & publicare; ac contra illos summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura Iudicii, manu regia, nullo Juris ordine servato, nec aliquo formato processu, more militari, ac iure belli ad privationem officiorum, feudorum, & bonorum quorumcumque etiam allodialium per eos in quibuscumque locis possessorum, seu quovis modo obtentorum respectu, omni, & quacumque appellatione, & recurso postpositis, procedere; & ubi iustitia exegerit, & ordo distaverit rationis, seu cum ita expedire judicaveris, eisdem contradicentes, & rebelles quacumque pecuniaria, vel corporali, ac etiam ultimi supplicii poena affici facere, ac generaliter omnia, & singula ad statum, gubernium, regimen, & administrationem Civitatis, Oppidi, Territoriorum, Districtuum, aliorumque praedictorum, nec non arcium,

Cum facultatibus ad id necessariis, & opportunis.

Obstantium
derogatio.

Fides danda
transumptis.

Dat. 20. Ju-
nii 1625.
An. II.

ministerio ministrare libere, & licite pos-
sint, & valeant, apostolica auctoritate te-
nore presentium concedimus, & indulge-
mus, ac facultatem impartimur.

§.3. Non obstantibus fel. rec. Grego-
rii XIII. & Gregorii XIV. Romanorum Pon-
tificum Prædecessorum nostrorum, aliisque
Constitutionibus, & Ordinationibus Apo-
stolicis, cæterisque contrariis quibuscum-
que.

§.4. Volumus autem, quod presentium
transumptis, etiam impressis, manu alicujus
Notarii publici subscriptis, & sigillo
alicujus persone in dignitate ecclesiastica
constituta munitis, eadem prorsus fides
adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhi-
beretur, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam
Majorem, sub annulo Piscatoris die 20. Ju-
nii 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

CXXXV.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

Confirmatio Decreti Capituli Generalis
Fratrum Ordinis Santissimæ Trinitatis
Redemptionis Captivorum, quo statuitur,
ad solum Definitorium spectare nomi-
nationem Religiosorum ad faciendam
Redemptionem: Cavetur autem, ne bo-
na ad hunc effectum donata, aliis Reli-
giosis, quam ut præfertur nominatis,
tradantur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procuratorum.

Dominici Gregis cura humilitati no-
stra, meritis licet insufficientibus,
per ineffabilem divinæ sapientiæ providen-
tiam commissa, ac paterna erga omnes
Christifideles charitas, & continua de illo-
rum salute sollicitudo jugiter postulat, ut
inter gravissimas, multiplicisque apostoli-
cæ servitutis curas, eam peculiari sollicitu-
dine amplectamur, qua non solum eorum-
dem Christifidelium in misera servitute, &
captivitate per impium Turcarum tyran-
num, & alios Catholicæ Fidei hostes de-
tentorum redemptioni, sed etiam salubri
piarum hominum Congregationum ad hunc
effectum provide, sancteque institutarum
gubernio, atque directioni opportuni-
bus in dies rationibus consulitur: unde ea,
quæ propterea præsertim in generalibus ear-
undem Congregationum Capitulis facta
fuisse dicuntur, ut firma, & illibata per-
petuo remaneant, libenter, cum a Nobis pe-
titur, apostolicæ confirmationis robore
communimus, aliisque statuimus, & ordi-
namus, prout conspiciamus in Domino sa-
lubriter expedire.

Decretum
Capituli Ge-
neralis, quo
statuitur no-
minationem
Religiosorum
pro Redem-
ptione facien-

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit
dilectus filius Procurator generalis Congre-
gationis Fratrum Discalceatorum nuncupa-
torum Ordinis Santissimæ Trinitatis Redem-
ptionis Captivorum in Regnis Hispaniarum,
quod licet regularibus ejusdem

Congregationis institutis apostolica aucto-
ritate confirmatis, sive Constitutionibus
Apostolicis desuper emanatis inter alia ca-
veatur expresse, ut pro redimendis Capti-
vis hujusmodi tertia pars omnium bono-
rum Regularibus dictæ Congregationis Do-
mibus, & locis pro elemosyna, seu quo-
cumque alio modo concessorum, & assigna-
torum, ac de cætero concedendorum, &
assignandorum, ac alias ad Domos, &
loca hujusmodi licite spectantium, & per-
tinentium a Domibus, & locis separaretur,
illaque in Redemptionem eorumdem Cap-
tivorum totaliter convertatur: nihilomi-
nus ejusdem Congregationis Fratres, ut
Repemptio ipsa majori cum fructu fiat, &
ad pium opus hujusmodi dictæ Congrega-
tionis professores ea prudentia, integritate,
& doctrina eligantur, qui non solum
eosdem Captivos redimant, sed cum eis
permanendo velint, & possint illos in uni-
tate fidei confovere, illisque sacramenta
ecclesiastica administrare, in Generali ejus-
dem Congregationis Capitulo decreverunt,
ut de cætero Definitorium Generale dictæ
Congregationis, & non alius Prælati, Re-
ligiosos ad pium Redemptionis hujusmodi
opus exequendum, & bona separata, ut
præfertur, ad effectum prædictum admini-
stranda, nominare debeat, prout in decre-
to desuper facto plenius dicitur contineri.

§.2. Cum autem, sicut eadem exposi-
tio subiungebat, Procurator prædictus plu-
rimum cupiat, decretum hujusmodi, quo
firmius observetur, nonnullisque incon-
venientibus obvietur, apostolicæ confir-
mationis patrocinio communiti, aliisque
desuper opportune provideri.

§.3. Nos dictum Procuratorem specia-
libus favoribus, & gratis prosequi volen-
tes, & a quibusvis excommunicationis, sus-
pensionis, & interdicti, aliisque ecclesi-
asticis sententiis, censuris, & penis a jure,
vel ab homine, quavis occasione, vel causa
latis, si quibus quomodolibet innotatas
existit, ad effectum presentium dumtaxat
consequendum, harum serie absolventes, &
absolutum fore censentes, supplicationibus
ipsius Procuratoris totius Congregationis
prædictæ nomine Nobis super hoc humiliter
porrectis inclinatis, de Venerabilium
Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinalium negotiis Regularium præ-
positorum consilio, Decretum prædictum
apostolica auctoritate tenore presentium
perpetuo approbamus, & confirmamus,
illique inviolabilis apostolicæ firmitatis ro-
bur adjicimus, ac omnes, & singulos tam
juris, quam facti defectus, si qui desuper
quomodolibet intervenerint supplemus.

§.4. Ac insuper sub suspensionis officii,
ac vocis activæ, & passivæ ad sexennium
duraturis penis interdicens, & prohibe-
mus, ne aliquis, quacumque superioritate
fulgeat, bona separata, ac segregata a Do-
mibus, & locis regularibus dictæ Congre-
gationis juxta formam dictorum Statuto-
rum, seu Constitutionum Apostolicarum,
ut præfertur, ac pro pio redemptionis hu-
jus-

Quod confir-
mari petitur.

Confirmat
Urbanus.

Qui etiam
cavet, ne alius
bona Redem-
ptioni assigna-
ta tradantur.

Clausula.

Nuncio Hi-
spaniarum hu-
jusmodi De-
cretorum exe-
cutionem con-
mittit.

Contraria tol-
lit.

Transumptis
danda fides.

jusmodi opere concessa, seu elemosynas
ab aliis personis ad redemptionem hujus-
modi donata, & assignata, ac donanda, &
assignanda, aliis religiosis, præterquam
per prædictum Definitorium Generale ad
pium opus redemptionis hujusmodi exe-
quendum, nominandis, qui per se ipsos
absque consortio alterius cujuscumque pio
hujusmodi operi incumbant, tradat, seu
tradi faciat.

§.5. Decernentes Decretum prædictum,
necnon præsentis Literas, omniaque, & sin-
gula in illis contenta semper, & perpetuo
valida, firma, & efficacia existere, & fore,
suoque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac in prædicta Congre-
gatione a modernis, & pro tempore exi-
stentibus illius Ministro Generali, ac aliis
Superioribus quocumque nomine nuncupa-
tis, cæterisque, ad quos spectat, & in futu-
rum quomodolibet spectabit, firmiter, &
inviolabiliter observari, & adimpleri: sic-
que, & non aliter in præmissis per quoscum-
que Judices ordinarios, & delegatos, etiam
Causarum Palatii Apostolici Auditores ju-
dicari, & definiti debere, ac irritum, &
inane, si secus super his a quoquam quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tingerit attentari.

§.6. Et nihilominus Venerabili Fratri
Julio Episcopo Gravinae, moderno, & pro
tempore existenti Nostro, & Apostolicæ Sedis
in dictis Regnis Nuntio per præsentis
committimus, & mandamus, quatenus ipse
per se, vel alium, seu alios præsentis Literas,
& in eis contenta hujusmodi, ubi, & quan-
do opus fuerit, & quoties pro parte dictæ
Congregationis fuerit requisitus, solemniter
publicans, eisque in præmissis efficacia
defensionis præsidio assistens faciat aucto-
ritate nostra præmissa omnia, & singula ab
omnibus supradictis inviolabiliter observa-
ri; Contradiutores quoslibet, & Rebelles,
per sententias, censuras, & penas eccle-
siasticas, aliisque opportuna juris, & facti
remedia, appellatione postposita, compescen-
do, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,
auxilio brachii secularis.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus,
& Ordinationibus Apostolicis, ac quibus-
vis etiam juramento, confirmatione apo-
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis
Statutis, & consuetudinibus, privilegiis
quoque, indultis, & Literis Apostolicis
prædictis, & quibusvis aliis personis sub qui-
buseumque tenoribus, & formis, ac cum
quibusvis etiam derogatoriis derogato-
riis, aliisque efficacioribus, & insolitis clau-
sulis, ac irritantibus, & aliis decretis in
contrarium præmissorum quomodolibet
concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis, eorum omnium
tenores presentibus pro plene, & sufficien-
ter expressis habentes, illis aliis in suo ro-
bore permanens, hac vice dumtaxat spe-
cialiter, & expresse derogamus, cæterisque
contrariis quibuscumque.

§.8. Volumus autem, quod presentium
transumptis etiam impressis, manu alicujus
Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Notarii publici subscriptis, & sigillo per-
sonæ in ecclesiastica dignitate constitute
munitis eadem prorsus fides adhibeatur,
quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent
exhibite, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam
Majorem sub annulo Piscatoris die 5. Ju-
lii 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

Dat. die 5.
Juli 1625.
An. II.

CXXXVI.

Confirmatio nonnullorum Decretorum pro
reformatione Fratrum Ordinis Minorum
Conventualium in Regno Poloniae.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Quæ ad restituendos in pristinum deco-
rem, & dignitatem Ordines Regu-
laris in Ecclesia Dei a Sanctis Patribus insti-
tutos, & ubi collapsa est, in eis disciplina
regularis observantiam modis congruis in-
staurandam per eorumdem Ordinum Regu-
larium Superiores pie, ac provide sancita
sunt, ut firma perpetuo, & illibata persi-
stant, libenter, cum a Nobis petitur, apo-
stolicæ confirmationis patrocinio roboramus,
prout pia Catholicorum Regum vota
id exposcunt, & Nos rerum, ac temporum
qualitatibus debite pensatis, conspiciamus
salubriter in Domino expedire.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit
Charissimus in Christo filius noster Sigis-
mundus Poloniae, & Sveciæ Rex Illustris,
ac dilecti filii Felix a Cascia Fratrum Or-
dinis Minorum Sancti Francisci Conventu-
alium nuncupat. Minister Generalis, necnon
Adrianus Brakoviz eorumdem Fratrum
in Regno Poloniae Commissarius Gene-
ralis destinatus, quod pro reformatione
Fratrum dicti Ordinis in prædicto Regno
existentium infrascripta Capitula, sive De-
creta edita fuerunt, tenoris subsequents,
videlicet:

Pro Reforma-
tione FF. Con-
ventualium in
Polonia se-
quentia De-
creta fuerunt
edita;

I. Constituatur Commissarius Provin-
ciæ Poloniae Magister Adrianus cum omni-
moda facultate immediate a Patre Reve-
rendissimo dependens, qui possessione ade-
pta in Provincia, quamprimum reformetur
eadem reformatione, ut possit verbo, &
exemplo alios Fratres ad reformationem
inducere.

II. Curet, ut Reformati in Custodia
Gnesnensi manu teneantur, & propagen-
tur, & observent Constitutiones sibi con-
cessas a Gregorio XV. prout in Brevis, quod
incipit Gregorius Papa XV. ad perpetuam
rei memoriam. Militantis Ecclesiæ regi-
men; dimissis tamen scandalis, & ampliato
aliquantisper capitulo, & amoto Commis-
sario particulari: cum hæc ad divisionem Re-
ligionis tendant.

III. Curet, & teneatur Commissarius,
ut quamprimum reformetur Conventus
Cracoviensis, ibique constituat Guardia-
num, & Familiam Reformatam, Deinde
X 2 reli-

arcium, fortaliorum custodiam, Populorumque pacem, & quietem, ac annonæ abundantiam spectantia, & tam gratiam, quam iustitiam concernentia, et si talia sint, vel fuerint, quæ sub generali verborum significatione non venient, sed specialibus indigerent vocabulis, & speciali nota digna essent, specialemque, specificam, & expressam requirerent mentionem, dicere, gerere, & exequi liberè, & licitè possis, & valcas, plenam, liberam, absolutam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem tenore presentium tribuimus, & impartimur, & cum hoc, ut de per te vigore presentium facien., dicen., geren., exercen., & exequen. nemini, præterquam soli Deo, rationem reddere tenearis.

§.3. Quia verò venerabili fratri Paulo Emilio Archiepiscopo Urbinaten., nec non dilectis filiis magistris Fabricio Verofpio Capellano nostro, & causarum Palatii Apostolici Auditori Civitatis Perusinae, eisque comitatus, & districtus, Provinciae nostrarum Umbriae, ac Diomedis Varese in utraque signatura nostra Referendario Provinciae etiam nostrae Marchiae Anconitanae Gubernatoribus respectivo similem facultatem per nostras in huiusmodi forma Brevis nuper expeditas Literas concessimus; volumus, & earundem tenore præcipimus, ut qui prius ex vobis possessionem ingressus fuerit, Jurisdictionem, & alia civilia prædicta exercere, & exequi possit, & debeat, & si quid unus ex vobis inceperit, nec ob impedimenta, seu alias absolverit, aut perficere non potuerit, alter prossequi, & debita executioni mandare valeat.

§.4. Mandantes propterea eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis sub interdictione ingressu Ecclesiae, ac suspensionis à divinis, & tam iis, quam quibuscumque Gubernatoribus, Locumtenentibus, Prætoribus, nec non Thesaurariis, Dataris, Exactoribus, Collectoribus, Appaltatoribus, ac aliis officialibus, & ministris quibuscumque Sedis, & Camerae prædictae in Statu nostro Ecclesiastico existentibus, Baronibus quoque, Domicellis, Ducibus, Marchionibus, nec non Communitatibus, Universitatibus, & hominibus quibuscumque, ac etiam ecclesiasticis secularibus, & regularibus personis prædictis, demumque universis, & singulis subditis nostris immediatis, & mediatis in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis nostrae nec non rebellionis, ac excommunicationis latae sententiae poenis, ut tibi in omnibus, & per omnia, quacumque excusatione, tergiversatione, & impedimento remotis, promptè pareant, obediant, & assistant, tuaque monita, iussa, & mandata, ea, qua decet, obedientia, & fide exequantur, & adimpleant, alioquin sententiam, sive poenam, quam tuleris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§.5. Non obstantibus apostolicis, ac in

universalibus, provincialibusque, & Synodali Concilio editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ducatus, Civitatum, & aliorum locorum prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores presentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 26. Julii 1625. Pontificatus nostri Anno secundo.

CXXXVIII.

Erectio Collegii Nationis Maronitarum in Monte Libano.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supereminenti Sedis Apostolicae specula, meritis licet imparibus, disponente Domino constituti, & intra mentis nostrae arcana revolventes, quantum ex literarum studiis catholica fides augeatur, & iustitia colatur, ad ea, per quae literarum studia huiusmodi ubilibet, præsertim verò in Regionibus, ubi major necessitas urget, excitentur, libenter intendimus, atque in his sollicitudinis nostrae partes propensius impartimur, prout locorum, & temporum qualitate debite pensata conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§.1. Hinc est, quod nos pia puerorum, & adolescentium nationis Maronitarum in christiana pietate, & fide sincera institutioni pro nostri pastoralis officii debito, quantum cum Domino possumus, consilere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio propagandae in universum mundum fidei praepositorum consilio, in Monte Libano, ac ædibus ad id congruis, & decentibus unum Collegium cum Cappella, seu Oratorio, ac Refectorio communi, sigillo, bibliotheca, archivio, ceterisque collegialibus insignibus, ac membris, & officinis necessariis, & opportunis pro perpetuis receptione, usu, & habitatione unius Rectoris, & competentis numeri alumnorum, seu scholarium dictae Nationis, qui inibi, & christianis moribus, bonisque literis, & ecclesiastica disciplina imbui debeant, apostolica auctoritate tenore presentium, sine tamen alicujus praesudicio, perpetuo erigimus, & instituiamus.

§.2. Illique sic erecto, & instituto pro eius dote, ac Rectoris, & Ministrorum, Alu-

Obstantium derogatio.

Dat. die 26. Julii 1625. An. II.

Exordium.

Instituto Collegii Maronitarum in Monte Libano.

Dos ei assignata.

Regula observanda ab Alumnis Collegii Montis Libani.

I. Intraturi in Collegium ad hunc finem ex variis orientis partibus, scilicet e Monte Libano, Palestina, Syria, & Cypro, aliisque partibus vocabuntur, ut virtutibus, & pietati, ac Literarum studiis operam dent, ut non solum Maronitas, sed omnis Orientis Nationes fide catholica, ac pietate Deo cooperante erudire possint.

Qui educabuntur in hoc Collegio, pauperes bona indole, ac ingenio esse debent, & ea omnia, quae sunt necessaria ad victum, vestitum, & studium illis ministrabuntur gratis, & Dei amore: Nobiles vero, & Divites recipi possint in dicto Collegio, sed debent solvere, quae sunt necessaria ad victum, & vestitum tantum.

De Pietate.

II. Statim ut recipitur Alumnus in Collegio, tradendus est viro optimo, & timorata conscientia, ut illum res ad conscientiam pertinentes edoceat, ut quamprimum omnium suorum peccatorum confessionem integram, perfectamque alicui a Rectore Collegii designato Sacerdoti faciat.

III. Teneantur omnes quolibet mense, ac diebus festis celebrioribus confessionem, ac communionem facere secundum laudabilem Maronitarum usum, idque summa reverentia, atque modestia, quae ad tantum Sacramentum requiritur.

IV. Singulis diebus omnes simul missam audiant, & in celebrioribus solemnitatibus secundum laudabilem Maronitarum consuetudinem Missae cum pietate, ac devotione intersint, prout Superiori placuerit. Singulis diebus, qui apti fuerint, recitent officium simul cum Sacerdotibus: qui vero non fuerint idonei, eas orationes recitent, quas Superior, vel Magister illis assignaverit.

V. Ante cubitum omnes recitent, vel litantias, vel alias preces, prout Superiori placuerit, facto tamen brevi conscientiae examine.

VI. Singulis diebus festis habeant simul piam Congregationem, in qua se exercent in concionando in actibus humilitatis, exhibitis, & Christi Crucem in corpore gerendo.

VII. Si qui vero a Superiore iudicabuntur apti esse ad concionandum, & verbum divinum disseminandum, teneantur, quo voluerit Superior ire ad predicandum, vel catechizandum.

VIII. Si vero illis tempus supererit, diebus festis legant pios, ac sacros libros, & in aliis pietatis operibus se exercent.

IX. Semel in hebdomada Sacerdotes Missam, & Officium pro SS. D. N. Urbano VIII., & Sacra Congregatione de Propaganda fide celebrent: alii vero singulis diebus aliquas preces pro prædictis Fundatoribus, ac Benefactoribus recitent.

Alumnorumque, sive scholarium sustentatione, ac onerum eis incumbentium sustentatione tam trecenta scuta annua, alias iuxta decretum ab eisdem Cardinalibus sub die 17. Decembris proxime præteriti emanatum, pro scholis in certis Syria Civitatibus erigendis destinata, quam alia omnia, & singula bona per quoscumque Christianos eidem Collegio donanda, & assignanda, ex nunc, prout postquam donata, & assignata fuerint, ita quod liceat Rectori, & Ministris, nec non Alumnis, seu Scholaribus prædictis ipsorum bonorum omnium corporalem, realem, & actualem possessionem suo, & dicti Collegii nominibus, propria auctoritate, libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quaecumque ex eis provenientia percipere, exigere, levare, recuperare, locare, arrendare, ac in communes dicti Collegii usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo applicamus, & appropriamus.

§.3. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 24. Julii 1625. Pontificatus nostri anno secundo.

CXXXIX.

Confirmatio Constitutionum Collegii Maronitarum in Monte Libano erecti.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Cum Nos nuper in Monte Libano unum Collegium, in quo Pueri, & adolescentes Nationis Maronitarum in christiana pietate, & fide sincera instruantur, per alias nostras in simili forma Brevis expeditas Literas sub certis modo, & forma tunc expressis, apostolica auctoritate erexerimus, & instituerimus.

§.2. Et sicut accepimus pro felici, prosperoque Collegii huiusmodi, illiusque Alumnorum, seu scholarium regimine, & gubernio nonnulla Regula, seu Constitutiones editae fuerint, tenoris subsequenter, videlicet:

Referet etiam a se Collegium in Monte Libano.

Editaeque pro eius regimine Regulae.

De Studiis.

X. Omnes tenentur Grammaticam, Caldeam discere, necnon arabicam: qui vero aptiores, vel optimo ingenio reperti fuerint Grammaticam latinam edificant, nam si Superiori dicti Collegii videbitur, qui hanc grammaticam latinam edocuit fuerint, Romam usque mittentur ad Philosophiam, & Theologia studia discendum tantum.

XI. Qui vero poterunt, & superior iudicaverit tam Græcam, & Turcam, quam Persicam, & alias Orientis linguas edificant, quæ ad illas Gentes convertendas necessaria sunt.

XII. Nemo discipulorum ea studia arripiat, quæ sibi videbuntur, sed ea tantummodo, quæ a superioribus illi assignabuntur.

XIII. Bis in die lectiones a Præceptoribus audiant in scholis, quibus assidui, & intenti erunt, & domi forsique modestiæ sint memores, ac pietatis.

XIV. Tenentur omnes, qui a Superioribus idonei iudicabuntur, tribus annis Tirones docere.

XV. Omnes, qui idonei iudicabuntur, vel per se, vel per Parentes promittant ad nutum superiorum Romam se conferre, ut in Collegio Maronitarum reliquum studium Philosophiæ, ac Theologiæ cursum perficiant.

XVI. Caveant Superiores, & Præceptores, ut nihil doceant, præter ea, quæ ad pietatem, vel ad salutes scientias conferunt.

XVII. Præceptores promittant, se nihil contra fidem catholicam, & veram Religionem, & Romani Pontificis primatum, ac bonos mores docturos.

XXVIII. Si qui Parentes suos filios traderint, ut in dicto Collegio erudiantur, promittant cum Juramento, quod filios inde absque Patriarchæ venia non possint educere, nisi completo studiorum cursu, qui a Superiore iudicabitur esse necessarios.

XIX. Statim ut recipientur Alumni in Collegio, Superior, & Præceptores probent eorum ingenium, & capacitatem ad studia capeffenda trium aut quatuor mensium spatio: si apti reperti fuerint, retineantur in dicto Collegio, sin minus dimittantur a dicto Collegio; ut alii melioris ingenii, ac capaciorem in eorum locum recipiantur.

XX. Alumni Collegii Maronitarum in Urbe studiorum cursu in Urbe completo, ac Deo iuvante in Patriam reversi, teneantur tribus, vel duobus saltem annis grammaticam latinam, & syriacam docere, vel etiam casus conscientie, si Patriarcha, atque superiores id iudicaverint.

XXI. Superiores demum singulis annis rationem studiorum profectus, atque progressus, qui fit ab alumnis, Sacre Congregationi de Propaganda fide reddere teneantur cum attestazione Patriarchæ.

XXII. Libri utiles, ac necessarii ad alumnorum studia, latini præsertim a Sacra Congregatione de Propaganda fide providendi erunt.

Hæc omnia Patriarcha, & Superiores dicti Collegii de eisdem facultate moderari, ac dispensare possint, prout necessitas postulaverit.

Alias quoque Regulas, si necessaria, atque utiles tum ad studium, tum ad bonum regimen dicti Collegii, & alumnorum, Patriarcha, & Superiores Collegii de eisdem Patriarchæ facultate condere poterunt.

§. 3. Nos perpetuæ, & inviolabili Regularum, seu Constitutionum huiusmodi observationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio propagandæ in universum Mundum Fidei præpositorum consilio, Regulas, seu Constitutiones præinsertas huiusmodi apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam Juris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes easdem Regulas, seu Constitutiones in dicto Collegio ab illius Alumnis, seu Scholaribus, ac Ministris, & personis pro tempore existentibus perpetuo, & inviolabiliter observari, & adimpleri debere, necnon irritum, & inane, si secus super his quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 30. Julii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXL.

Commissio Cardinalibus dela Rochefaucault, & dela Valletæ in causa Monialium Carmelitarum Discalceatorum Regni Franciæ vertente inter Subdelegatum Apostolicum, & Episcopum Leonensem.

Dilectis filiis Nostri Francisco Tituli S. Callisti Presbytero dela Rochefaucault, ac Ludovico S. Hadriani Diacono Cardinalibus dela Valletæ nuncupatis.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecti filii Nostri salutem, & apostolicam benedictionem.

§. 1. Alias per nostras in simili forma Brevis sub die 20. Decembris 1623. expeditas Literas motu proprio, & exacta scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine Literas felicis rec. Gregorii Papæ XV. Prædecessoris Nostri, etiam in simili forma Brevis, sub die 12. Septembris 1622. super statu dilectarum in Christo Elliarum Monialium Ordinis Beate Mariæ de Monte Carmelo Discalceatarum nuncupatarum, Regni Franciæ expeditas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, approbavimus, & con-

Confirmatio prædictarum Regularum.

Quæ ab omnibus observari mandatur.

Dat. die 30. Julii 1625. An. II.

Ex Regest. in Secret. Brevo.

Literarum, quas restitimus sub n. 188. pag. 174. hos Cardinales Urbani deputatos Exequutores.

confirmavimus, vosque in nostrarum literarum huiusmodi exequutores cum certis tunc expressis facultatibus constituimus, & deputavimus, & alias, prout in nostris huiusmodi literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut non sine gravi animi nostri molestia, accepimus, postquam Dilectus filius Stephanus Lovytre Decanus Ecclesiæ Nanneten. uti a vobis in totum ad præmissa subdelegatus, Venerabili Fratri Episcopo Leonen. nonnulla contra Literarum prædicti Gregorii Prædecessoris, & nostrarum huiusmodi tenorem, ad quarumdam ejusdem Ordinis Monialium favorem attentanti, monitisque, & mandatis ipsius Stephani Subdelegati parere recusanti, sub censuris ecclesiasticis præceperat, & successive eisdem censuris ecclesiasticis innodatum forsân declaraverat, Ecclesiamque Cathedralem Leonen. ecclesiastico interdicto supposuerat, non solum præcepta, & censuras huiusmodi contempserit, sed ed audacia devenit, ut per nonnullos Archiepiscopos, & Episcopos, ac Abbates, aliosque forsân Ecclesiasticos in Civitate Parisien. aliorum negotiorum occasione, congregatos sententias, & censuras huiusmodi nequaquam iuste latas fuisse declarari nulliter, & de facto, non per modum iudicii, sed per Archiepiscoporum, Episcoporum, ac Abbatum, & Ecclesiasticorum prædictorum sententia declarationem, non sine gravissimo Christifidelium scandalo fecerit.

§. 3. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, opportune providere volentes, ac de singulari vestra fide, prudentia, integritate, doctrina, & catholice religionis zelo plurimum in Domino confisi, Vobis per præsentem injungimus, & mandamus, ut causam, & causas appellationis, & appellationum a licentia, seu Decreto dicti Stephani ad effectum devolutivum tantum quam excessivum prædictorum cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, auctoritate nostra, per vos, vel alium, seu alios cognoscatis, ac sine debito, prout visum fuerit, terminetis, cum facultate, & potestate quoscumque, etiam per edictum publicum, constito etiam summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu, citandi ac etiam sub censuris, & poenis ecclesiasticis inhibendi, auxiliumque brachii secularis, si opus fuerit, invocandi.

§. 4. Præterea eundem Episcopum Leonen., si hoc a vobis humiliter petierit, a quibuscumque excommunicationis, aliique censuris, & poenis ecclesiasticis per eum, ut præfertur, incurris, imposita ei arbitrio vestro aliqua poenitentia salutaris, absolvendi, & liberandi, ac cum eo super irregularitate per eum, quia censuris huiusmodi sic ligatus missas, & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, forsân celebraverit contractis dispensandi, aliaque Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Contra eam vero atente Leonen. Episcopo.

Eisdem Exequutoribus mandatur huiusmodi causam cognoscant.

Cum facultate ipsam Episcopum a censuris absolvendi.

omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna facien. dicen. geren. & exequen.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 31. Julii 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

CXLI.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii, quo declaratur, eligi non potuisse a Capitulo duos Vicarios Ecclesiæ Limanæ, illius Sede Archiepiscopali vacante.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Venerabilis frater modernus Episcopus de Arequippa Ecclesiæ Liman. Suffraganeus, & quod nuper a Ven. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Sacri Concilii Trident. Interpretibus emanavit decretum tenoris subsequenti, videlicet: Illustrissimi, & Reverendissimi Domini. Cum in Indiis Occidentalibus vacasset Sedes Archiepiscopalis de Lima, Capitulum elegit unum Vicarium, seu Officiale quoad causas, & negotia Diocesis: sed quoad causas appellationum, quæ ad ipsam Sedem Metropolitanam devolverentur, elegit in Iudicem particularem Joannem Velasquez Sacre Theologiæ Doctorem, cum tamen in Capitulo adessent plures alii Doctores in Jure Canonico; de cujus electionis validitate, cum in quibusdam causis, quæ ipsum concernunt, dubitet Episcopus de Arequippa Suffraganeus dictæ Sedis Metropolitanæ, recurrit ad Sacram Congregationem petendo declarationem duorum Dubiorum. Primo. An sit satisfactum dispositioni Concilii Sess. 24. cap. 16., itaut licuerit Capitulo dividere cognitionem causarum eligendo duos Vicarios, unum scilicet quoad causas Diocesis, alium vero quoad causas Provincia. Secundo. An potuerit Capitulum eligere dictum Joannem Velasquez graduatum in Theologia, cum tamen adessent alii Doctores in Jure Canonico. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad primum censuit, circumscripta contraria consuetudine legitime præscripta, nequaquam licuisse Capitulo, Sede vacante, duos Vicarios ut supra constituere. Ad secundum debuisse necessario eligi unum ex graduatiss in Jure Canonico. S. Card. S. Sufannæ. Prosper Fagnanus. Loco * Sigilli.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subponebat, dictus modernus Episcopus plurimum cupiat, Decretum huiusmodi, pro firmiori illius subsistentia, apostolicæ nostræ Confirmationis robore communiri; Ideo nobis humiliter supplicari fecit, ut

Contraria tollit.

Dat. die 31. Julii 1625. An. II.

Ex Regest. in Secret. Brevo.

Decretum Congregationis Concilii.

Quod confirmari petitur.

Yy ejus

Et confirmatur.

eius votis hujusmodi annuere de benignitate apostolica dignemur.

§.3. Nos igitur dictum modernum Episcopum specialis gratia favore prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum praesertim hujusmodi apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Claufula.

§.4. Decernentes, Decretum hujusmodi, necnon praesentes Literas valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae Ecclesiae Limanae, etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 8. Augusti 1625. An. III.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 8. Augusti 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

CXLII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Absolutio Regis Catholici, ejusque Ministrorum a censuris, in quas incurrerant ob exactum quoddam vectigal ab Ecclesiasticis ultra Sexennium a Paulo V. concessum.

Charissimo in Christo filio Nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Concesserat Paulus V. facultatem Ecclesiasticis solvendi Regi quoddam vectigal per sexennium.

§.1. Alias per fel. rec. Paulum PP.V. Praedecessorem Nostrum accepto, quod subditi Regnorum Coronae Castellae in Comitibus, sive Curis tunc habitis animadvertentes, clar. mem. Philippum III. Hispaniarum Regem Catholicum genitorem tuum pro Catholicae Religionis defensione, & obedientiae erga Sanctam Romanam Ecclesiam conservatione, in suis, &

exteris Ditionibus, ac Regnis, gravissimis assidue sumptibus urgeri, ejusque aetaria pene exhausta esse, quaedam superadditionalia nuncupata servitia, sive subsidia, quae in totum summam decem, & octo millionum nummorum aureorum conficere deberent, ex Gabella Sisa nuncupata super vino, musto, aceto, aquato, oleo, & carnibus in dictis Regnis colligen., & consumen. imponen. non solum per ementes, & vendentes solven., sed etiam per eos, qui percipiebant oleum, & vinum ex propriis Terrenis, aut affectibus, aut emebant in urvis, aut olivis; seu colligebant pro Decimis, aut etiam dono accipiebant, seu alias ex quovis alio reddito, & introitu habebant, & consumebant; praestare prompte obtulerant; omnesque Laici cujuscumque gradus, status, conditionis, & praerogativae eadem subsidia contribuere, & Gabellam solvere debebant, neque ullus immunis futurus erat aut exemptus; quodque si tantummodo Laici subsidia hujusmodi contribuerent, & Gabellam, seu Sisa praedictam solverent, nimis longo tempore summa praedicta conficeretur, & Laicorum facultates ad summam hujusmodi decem, ac octo millionum, ut praesertim, aliter conficiendam minime suppetebant; idem Paulus Praedecessor eadem subsidia per ecclesiasticas personas adjuvandam existimans, omnes, & singulas ecclesiasticas personas tam seculares, quam cujuscumque Ordinis etiam exempti, & Apostolicae Sedi immediate subiecti regulares, necnon Monasteria, utriusque sexus, Conventus, & Collegia, ac Ecclesiarum Capitula Regnorum Castellae praedictorum, ac in eisdem Regnis commoran., & consisten. ad conferendum, & contribuendum proportionabiliter, & non alias, prout Laici, in dictis subsidiis mediante solutione gabellae, seu sise eorund. subsidiorum, etiam super vino, musto, aceto, aquato, oleo, & carnibus in praedictis Regnis colligen., & consumen., imponen., seu forsitan imposita, & durante tamen sexennio tunc proximo dumtaxat, & non ultra teneri, & obligatos esse, non tamen quoad praedictas rerum species, quas ex propriis terrenis, seu Decimis, aut aliis quibuscumque redditibus propriis per se, vel alios etiam afflictarios suos, vel etiam ex elemosynis percipiebant, & pro divino cultu, ac propriis, & familiarum suarum usibus consumebant, pro quibus omnino immunes, & exempti essent, decrevit, & declaravit: ita tamen, quod si ante sexennium hujusmodi finem praedicta summa decem, & octo millionum nummorum aureorum confecta fuisset, Ecclesiastici praedicti amplius contribuere, & dictam Gabellam, seu Sisa, ut praesertim, solvere non deberent, & alias, prout in dicti Pauli Praedecessoris in simili forma Brevis sub die 8. Augusti 1618. desuper expeditis Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Quod tamen cum exactum fuit,

Urbanus Regem, ejusque Ministros a censuris absolvit.

Obstantia illi.

De poenitentiam a Confessione injungendam ab eis praecipit adimpleri.

Dat. die 9. Augusti 1625. An. III.

fuit, su, sexennio praedicto elapso, Gabellam, seu Sisa hujusmodi a personis ecclesiasticis praedictis per Ministros, seu Officiales tuos exegeris contra Sacrorum Canonum, & Generalium Conciliorum, necnon Bullae in die Coenae Domini legi, & publicari consuetae, dispositionem.

§.3. Nos Majestatis tuae, & Ministrorum, seu Officialium tuorum praedictorum conscientiae securitati consulere, teque, ac illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, supplicationibus Majestatis tuae nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, te, ac Ministros, seu Officiales tuos praedictos a quibusvis excommunicationis, censuris, & poenis per te, ac Ministros, seu Officiales tuos praedictos praesertim occasione quomodolibet incurris, apostolica auctoritate, tenore presentium absolvimus, & liberamus, dictasque poenas, ac pecunias ad quamcumque summam ascendentes, ex Gabella, seu Sisa hujusmodi per eosdem Ministros, seu Officiales tuos ab ecclesiasticis, ut praesertim, exactas tibi, & illis respective gratiose remittimus, & condonamus.

§.4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut poenitentiam, quam confessorius idoneus Tibi, & Ministris, seu Officialibus tuis praedictis propter praemissa duxerit injungendam, adimplere omnino teneamini, alioquin praesentes nullae sint.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9. Augusti 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

CXLIII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Quod Capitulum Generale Ordinis Praedicatorum imposterum quolibet sexennio celebrari debeat.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Apostolici muneris sollicitudo divina dispositione, nullo licet merito suffragio, Nobis imposita postulat, ut circa statum Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium proprie dirigendum sedulo invigilantes, in his, per quae felici eorum profectui, salubrique directioni consulitur, ejusdem muneris partes propensius impendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Grave erat hinc Fratribus Capitulum Gen. singulis trienniis celebrare.

§.1. Cum itaque, sicut Dilecti filii quamplures Priores Provinciales, & Fratres diversarum Provinciarum Ordinis Fratrum Praedicatorum Nobis nuper exponi fecerunt, juxta regularia ejusdem Ordinis instituta apostolica auctoritate confirmata Capitulum Generale de triennio in triennium Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

pro uno videlicet extra, pro altero vero ultra montes celebrari debeat; ex hoc autem Provincias ipsas in Fratibus ad hujusmodi Capitulum mittendis gravia incommoda, & dispendia cum non modico regularis disciplinae observantiae detrimento pati competentum sit, & propterea per Nos, ut infra, opportune provideri summopere desiderant.

§.2. Nos prospero, felicitique ipsius Ordinis statui, & directioni, quantum cum Domino possumus, consulere, ac Priores Provinciales, & Fratres praedictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Quod de cetero perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale hujusmodi de sexennio in sexennium celebretur, sive a Magistro Generali ejusdem Ordinis pro tempore existente ad sexennium hujusmodi prorogari, prout sibi videbitur, possit, & valeat, dictoque sexennio elapso, & non antea, dictum Capitulum Generale celebretur, & celebrari debeat, ordine tamen in celebratione hujusmodi servari solito servato, in eoque, quae de more fieri solent, fiant, & observentur dicta auctoritate, tenore presentium statuimus, & ordinamus.

Urbanus statuit, ut quolibet sexennio celebretur.

Claufula.

in eis contenta quaecumque semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, irritumque, & inane, quidquid secus super his a quocumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & Fratibus in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides danda Transumptis.

§.5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 9. Augusti 1625. Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die 9. Augusti 1625. An. III.